



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Figura ix. Mensae auro purissimo inauratæ, & Propositionis panum, &
Candelabri aurei. &c. Exodi xxv. xcvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

FIGURA IX.

MENSA auro purissimo inaurata, & PROPOSITIO PANVM, & CANDELABRVM aureum, cum lucernis, Christum D. N. figurabant. *Exodi 25.*

Locutus est Dominus ad Moſen, dicens: Facies mensam de lignis Setim: & inaurabis eam auro purissimo. Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo: & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, ut luceant ex aduerso.

FIGURÆ EXPLICATIO.

CAPVT
XCVI.
Cyrill. in
Ioan. lib. 4.
cap. 28.
Ioan. 6.

His omnibus Christus significatur. *Is enim* MENTA est, in quo panes depositi sunt: quibus omnes participatione Corporis & sanguinis sui ad Vitam eternam aluntur. Ego enim, ait, sum panis, qui descendi de caelo & vitam eternam do mundo. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Mensa significatur propositio, id est, panes sanctissimum Christi corpus, quo ad vitam eternam omnes aluntur, prorsus significat. CANDELABRVM etiam vniuersum terrarum orbem illuminans, Christus est. Ego, inquit, sum lux mundi. Septem vero lucerna in candelabro sunt: quia multis ac variis modis per gratiam sancti Spiritus, credentium animas Christus illuminat. Que omnia ex auro sunt purissimo: quia nihil pretiosius Christo.

Ioan. 8.

FIGV.